



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Vltimarvm Volvntatum duorum  
celeberrimorum iurisconsultorum**

**Canis, Johannes Jacobus**

**Constantia, 1593**

**VD16 ZV 2896**

11. Hæreditatis pondus, vnde expendatur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

tantum abesse videtur, quantum extitit ob-  
 ligata. ff. de neg. gest. l. si quis mand. & ibi  
 glos. alleg. concor. Si verò hereditas inops atq;  
 (vt ita dixerimus) ieiuna, non facile quod  
 præstandum est, potest ad inueniri. † quoniam  
 super non ente, non potest fieri dispositio: vt  
 not. in c. ad audientiam de eccle. adifi. per Car-  
 di. in repe. c. literas. de restit. spon. Bart. in l.  
 Gallus. s. ille casus. ff. de libe. & posthum. l.  
 pen. ff. de leg. primo. Et ideo non est curandum  
 de nomine, nisi habeatur effectus: vt not. in  
 authen. de priui. do. hæreti. mulie. non præstan.  
 gloss. in verbo: imposuit. col. 8. benefic. l.  
 omnes. s. Lucius. ff. quæ in frau. credi. & l. in  
 frau. ff. qui & à quibus. & instit. eod. tit. s. si  
 quis in fraudem. vnde iuxta Salustij sententi-  
 am, frequenter culpa negotij, ad dispensatorem  
 reijcitur, qui vel maximo cū labore res ad ef-  
 fectum perducit: aut dolo & culpa in rebus  
 versaturus ab omnibus æstimatur, quæ opinio  
 non parum attenditur: vt not. gloss. in l. con-  
 sensu. C. de repu. & l. in edibus. s. fin. ff. de do-  
 na. Magnitudo † verò & minoritas ipsius cõ-  
 missariæ vel hereditatis aut patrimonij ex  
 quali-

DE EXECVT. VLT. VOLVN.

qualitate rerum & personarum consideranda est: iuxta ea, quæ dicit text. in l. sed & si susceperit. in prin. ff. de iudicijs. & not. docto. in l. admonendi. ff. de iureiurando.

Executor suam † debet considerare **12**  
 personam. nam aptior ad aliena negotia gerenda, qui diues est, sibiq; sufficit, quam is, qui pauper victum sibi opera quærit quotidiana: quoniam qui non habet, dare non potest, vt l. traditio. ff. de acquir. rerũ do. 1. q. 7. Daibertum. Aut si quid dare is potest, à seipso, vt vult charitas ordinata, debet incipere: vt l. 1. C. de serui. & aqua. dummodo alteri non noceat: vt l. 1. §. idem aiunt. ff. de aqua plu. arcen. Item, scire debet, an solers, an verò negligens sit: † quia culpa, quæ in re propria toleratur, **13**  
 in re aliena damnatur. l. si constante. §. si maritus. ff. solut. matrim. & ibi notat. Item, an pluribus liberis, administrationibusue implicitus ac obnoxius sit: quia pluribus intentus, minor est ad singula sensus: vt l. quisquis. C. de postu. l. fin. C. de assesso. c. cum non ignores. de præbendis. c. quia nonnulli. de cleri. non residen. An verò vacuus, idoneus  
 & aptus